

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 2504

**Auteur(s)** : Thomas Pytebout, d'Aubigny, Coutances (vicomte)

**Bénéficiaire(s)** : Coutances (hôpital-Dieu)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1280, avril

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Donation par Thomas Pytebout, vicomte de Coutances, à l'Hôtel-Dieu d'une rente annuelle d'un quartier de froment, 14 sous tournois, 5 pains de 5 deniers et cinq gelines à la Rondehaye.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° CIV, p. 93-94.

## Dissertation critique

Entre les 21-30 avril 1280 ou entre les 1-12 avril 1281 : Pâques tombe le 21 avril en 1280 et le 13 avril en 1281.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Thomas Pytebout, vicecomes de Constanciis, de parrochia de Albigneio, dedi et concessi, pro salute anime mee et antecessorum meorum, in puram et perpetuam elemosinam, priori et fratribus ac eciam pauperibus Domus Dei de Constanciis, videlicet unum quarterium frumenti ad mensuram de Constanciis, et quatuordecim solidos turonensium et quinque panes de quinque denariis et quinque gallinas annui redditus ; quem redditum Gaufridus, dictus Decanus, et Johannes Gueroudi, de parrochia de Rotunda Haia, michi debebant et reddebant et reddere tenebantur annuatim, scilicet predictus Gaufridus, dictus Decanus, predictum quarterium frumenti ad festum Sancti Michaelis et duos panes et duas gallinas ad Natale Domini de regardo, de duabus peciis terre sitis in parrochia predicta de Rotunda Haia ; quarum prima pecia terre est masnagium dicti Gaufridi cum domo et masura et pertinenciis suis, situm juxta viam per quam itur de predicto masnagio dicti Gaufridi ad ecclesiam de Rotunda Haia ex uno latere, et juxta terram heredum Radulfi dicti Decani ex alio latere et butat ad cheminum per quod itur de hamello de la Vacerie ad predictam ecclesiam ex uno capite et ad doïtum vivarii Radulfi de Curia, ratione uxoris sue, ex alio capite ; secunda pecia terre sita est juxta terram Rogeri Le Pot ab uno latere et juxta terram Radulfi de Curia ab alio latere, et butat ex uno capite ad terram Petri Ferum et ex alio capite ad predictum cheminum de la Boutellerie, et continet dimidiam acram terre. Et predictus Johannes Gueroudi dictos quatuordecim solidos turonensium et tres panes et tres gallinas, videlicet dictos denarios ad dictum festum Sancti Michaelis, panes et gallinas ad Natale Domini de regardo, de quadam pecia terre sita in dicta parrochia de Rotunda Haia, juxta terram predicti Johannis Gueroudi et juxta terram Gaufridi Mellin ab lateribus ; et butat ex uno capite ad clausum Radulfi dicti Hominis et ex alio capite ad cheminum per quod itur de Hamello de la Rachinerie apud Constancias, et continet circa unam acram terre. Percipiendum et habendum et reddendum dictum

redditum de cetero in perpetuum ad terminos antedictos, dictis priori et fratribus et pauperibus dicte Domus et successoribus eorum, libere, pacifice et omnino quiete, sine reclamacione et contradicione mei et heredum meorum aliqua de cetero facienda, per manus dictorum Gaufridi et Johannis et heredum suorum seu per manus tenentium de cetero predictum masnagium et terras ; que premissa eisdem priori fratribus et pauperibus dicte domus et eorum successoribus, ego dictus Thomas specialiter obligavi cum hommagio, dominio et justicia et cum omni alio jure quod ego ibidem super premissis habebam et habere poteram quoquo modo. Et tenemur ego dictus Thomas et heredes mei predictis priori, fratribus et pauperibus dicte Domus hec omnia predicta garantizare, deliberare et defendere contra omnes bona fide et, si necesse fuerit, ad valorem excambiare tenemur, salvis tamen juribus capitalium dominorum. In cujus rei testimonium perpetuum et munimen, et ut hoc firmum et stabile permaneat in futurum, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratie M° CC° octogesimo, mense Aprilis.